

# ANNALES ECCLESIASTICI

*Ab Anno quo desinit*

CARD. CÆS. BARONIUS  
M. C. XCVIII. usque ad Annum M. D. XXXIV.

CONTINUATI,  
EX REGESTIS PONTIFICUM, ET LITERIS  
auctoritate publicâ fideque munitis: antiquissimis S. Sedis  
Apostolicæ scriniis, & amplissimis Vaticanæ potissi-  
mum, aliarumque bibliothecarum archivis

CONFIRMATI:  
IMPERATORUM, REGUM AC PRINCI-  
pum diplomatibus, epistolis, & manuscriptis codicibus,  
alijsq; quâ publicis quâ privatis monumentis: probatissi-  
morum denique & antiquissimorum auctorum, te-  
stium sæpe ocularium libris ac scriptis copiose

ILLUSTRATI,  
AUCTORE

## ODORICO RAYNALDO

TARVISINO, CONGREG. ORATOR. PRESBYTERO.

QVIBVS S. ROM. ECCLESIAE, AC SEDIS APOSTOLICAE  
incrementa, diversarum hæresum seu religionum initia & decrements:  
regnorum, rerum publ. & variarum gentium conversiones ac divulsiones;  
miræ etiam tam ecclesiasticæ quàm politicæ disciplinæ immutationes; ca-  
rumque per Concilia & Pontificum bullas, Synodos cleri, Comitia  
Imp. Regum foedera, & leges novas fundamenta proponuntur.

### TOMUS XVIII.

Ab Anno M. CCCC. XVII. usque ad Annum M. CCCC. LVIII.

Hac secundâ editione pluribus ab Auctore correctus,  
& copiosissimo rerum ac materiarum Indice locupletatus.

COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud IOANNEM WILHELMVM FRIESSEM juniorem  
ANNO M. DC. XCIII.

1452.

primum in laudem poteritis obtinere. *Dat. Ratispona sub nostro sigillo die xxvii. junii, anno à nativitate domini MCCCCLII. pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri, domini Nicolai divina providentia Papa V. anno vi.*

Hispani à Granaten-  
sibus di-  
vexati.

a Lib. 15.  
pag. 169.

Abduci  
in servitu-  
tem.

Pontificis  
pro his re-  
dimendis  
curæ.

b Ibid. c  
lib. 16.

pag. 14.

Addiderat  
animos  
barbaris  
civilis  
discordia.  
Sedata sed  
iniquoi-  
dosa fe-  
dere.

c Lib. 11.  
pag. 1.

10. Dum ea gerebantur in Germania, Christiani in Hispaniis à Granatensibus Mauris multis excursionibus sunt vexati, plura oppida colonis in servitum abductis, deserta, ac templa profanata fuere. Affectum inter alia ea calamitate municipium Giennensis agri non ignobile, cui Villacarillo nomen erat, in quo plurimus effusus Christianus cruor, & fideles mille supra quadringentos vinculis astricti: quos cum Mauri partim minis, partim blanditiis à fide Christi ad Mahometicam superstitionem avertere niterentur, Pontifex Christianos hortatus est, ut ad eos redimendos stipem conferrent, acceptamque ab ipsis cladem his verbis exposuit.

*Universis Christi fidelibus.*

Sane lachrymabili charissimi in Christo filii nostri Joannis Castellæ & Legionis Regis illustris conquestione, non sine gravi cordis amaritudine intelleximus, quod novissime Christiani nominis inimici spurcissimi Machometi sectæ cultores regni Granatæ Saraceni violenter & armata manu cum copioso armigerorum exercitu locum de Villacarillo Giennensis diocesis hostiliter invaserunt, ac in habitatores & incolas ejusdem loci inhumaniter irruentes, sexaginta ex eis atrociter occiderunt, & mille quadringentos fere utriusque sexus fideles ab inde ad dictum regnum Granatæ ad captivitatem crudeliter abduxerunt, ac eorum & singula alia bona in dicto loco reperta in prædam asportaverunt, & ipsum locum ejusque ecclesiam & sanctuaria ignis voragine abominabiliter concremarunt, in gravissimam Christianæ religionis depressionem pariter & jacturam, ipsique captivi, nisi talubriter Christianifidelium adminiculo celeriter redimantur, & piis elemosynarum largitionibus ac pecuniarum oblationibus quantocius releventur, dictorum subduntur Saracenorum perpetuæ servituti, & quia inter ipsos captivos quamplures utriusque sexus infantes & parvuli sunt & detinentur, ne ipsi terrore tormentorum aut verborum blanditiis fidem denegent Christianam, sectam dictorum Saracenorum profitentes, verisimiliter formidat: nos &c.] Addidit Pontifex propositas à se trium annorum totidemque quadragenarum indulgentias iis, qui pro liberandis à servitute confortibus fidei aliquam pecuniæ vim erogarent, cujus cogendæ munus Alfonso archiepiscopo Toletano imposuit. Auxerat Maurorum animos ad infestandos crebris irruptionibus Castellanos civilis eorum discordia, quæ sæpe sedata iterum recrudescerat.

Inter eos civiles motus jam ante concitatos Joannes Rex Castellæ pacis cupidus ad nonnullas pactiones venit, inter quas ea erat, ut si Joannes regiarumque partium proceres fœderis infringerent leges, ad perlustrandum Dominicum sepulchrum obstricti essent. Cum vero plura in eo fœdere abhorrentia ab æquitate continerentur, nec regno Joannes abesse posset, quin illud in discrimen committeret, consuluit his de rebus Pontificem, qui respondit, eas pactiones, si pugnant cum æquitate, quod ipsius conscientia permittebat, dissolvi posse: ad id vero eum obstrinxit, ut pecuniam, quam in Jerosolymitano itinere insumpturus foret, in sumptus belli, quod adversus Mauros parabat, derivaret.

*Charissimo in Christo filio Joanni Castella & Legionis Regi illustri salutem, &c.*

Cum, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, olim gravissimis, in regno ac dominiis tuis, interte, illorumque personas guerris & dissensionibus exortis, pro illorum pacificatione & majoribus

evitandis scandalis seu malis, tu, & etiam quidam ex tibi subditis nonnulla pactiones, & promissiones inieris & feceris, ac inierint & fecerint, ac de illis efficaciter adimplendis, tu & dicti subditi juramenta etiam solemniter præstare ex quadam necessitate potius, quam libera voluntate præstiterint, ac in eventum, quo illa non adimpleres seu adimplerent, tu & præfati subditi peregrinationis ad S. Sepulchrum in Jerusalem, ac alia vota emiseris, & emiserint, & sicut eadem petitio subjungebat, pactiones, conventiones, promissiones, & juramenta hujusmodi minus honesta, ac rationabilia sint, & forsitan, non absque magno damno, seu incommodo per te & alios, qui illa fecerunt, adimpleri possent, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut pactiones, conventiones, juramenta, & vota prædicta, tibi & illis, qui ea fecerunt, relaxare, teque ab illis absolvere, & alias super iis opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, attendentes, quod pactiones, promissiones, juramenta, & vota prædicta ob pacificationem regnorum ac dominiorum, & ad scandala evitanda hujusmodi potius, quam ex libera voluntate fecisti, ac dicti subditi de tuo mandato fecerunt, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, omnia & singula pactiones, conventiones, juramenta, & vota prædicta quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, illa, & personarum, quæ ea tecum inierunt & fecerunt, ac cum quibus inita & facta extiterunt, & infra, auctoritate apostolica, & certa scientia tenore præsentium celsitudini tuæ, & ex illis ex personis eisdem, quas ad id pro tempore duxeris eligendas, relaxamus, teque & ipsos per te eligendos, ab illis absolvimus, ita tamen quod omne id quod tu, & eligendæ personæ, in eundo, stando, & redeundo & inibi offerendo, ac alias pro adimplendis votis hujusmodi haberes & haberent, exponere, in præparatione exercitus, quem contra perfidos Saracenos movere intendis, seu alias in ipsorum Saracenorum impugnatione exponere tenearis, ac teneantur, decernentes, te & ipsos, ad ea, ex pactionibus, promissionibus, juramentis, & votis prædictis dumtaxat teneri, de quibus tuæ celsitudinis conscientia videtur, & dicta tibi dictaverit conscientia. Non obstantibus præmissis, &c. *Dat. Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLII. xv. kal. julii pontificatus nostri anno vi.*

II. In Lusitania etiam Alfonso proferendæ religionis, imperiique propagandi studio urgere bellum adversus Saracenos, gentiles, atque alios à fide nostra alienos decreverat: cumque pium consilium exposuisset Apostolicæ sedi, Nicolaus ex amplitudine sacrosanctæ potestatis jus illi contulit, ut quævis regna, principatus, terras, & loca Mahumetica aliave superstitione inquinata sibi subjicere posset.

*Alfonso Portugallia & Algarbii Regi illustri.*

Divino amore communiti, Christianorum charitate invitati, officiique pastoralis astricti debito, ea quæ fidei, pro qua Christus Deus noster sanguinem effudit, integritatem augmentumque respiciunt, probis fidelium animis vigere, tuamque regiam majestatem hujusmodi sanctissimo proposito confovere merito cupientes, tibi Saracenos & paganos, aliosque infideles & Christi inimicos quoscumque, & ubicumque constitutos, regna, ducatus, comitatus, principatus, aliaque dominia, terras, loca, villas, castra, & quæcumque alia possessiones, bona mobilia & immobilia, in quibuscumque rebus consistentia, & quorumcumque nomine censeantur, per eosdem Saracenos, paganos, infideles, & Christi inimicos detenta & possessa, etiam cujuscumque seu quorumcumque Regis seu principis aut Regum vel principum regna, ducatus,

Adactus  
Rex ad  
iter Jero-  
solymita-  
n, si  
concordia  
leges  
infringe-  
ret.

Solutus  
ea religio-  
ne à Ni-  
colao.

Sumptus  
Jeroso-  
lym. itine-  
ris in  
bellum  
Granaten-  
se iustus  
converte-  
re.

Lusitanus  
in Mauros  
sacram  
expeditionem  
meditatus  
a Lib. 47.  
pag. 194.

Concessit  
illi terras  
quas infide-  
libus e-  
cipuerit.